

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1626**

Cap. XIII. Virtutem Modestiae ornamentum esse ac protectionem  
Castitatis: & multiplicem esse eius præstantiam & vtilitatem; damna  
quoque immodestiae

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](#)

c. 1. Pet. 4. 13  
f. Mat. 5. 10.

z. 2. q. 160.  
a. 1. ad 1.  
ar. 2 ex Cic.  
l. 2 de In-  
uent.  
Modestia  
superbia  
motus mo-  
deratur.

I.  
S. Tho. 2. 2.  
q. 161. a. 1.  
Hom. 3 in  
Lue.  
vide Ians.  
Pro. 22. v. 4.  
Nimia sci-  
endi deside-  
ria modifia  
reprimit.

2.  
z. 2. q. 166.  
a. 1.  
a Rom. 3. 1. 3  
Modestia  
corporis mo-  
deratur.

3.  
z. 2. q. 168.  
a. 1. ad 1.  
z. l. Oft. 19.  
Modestia  
vestitum  
moderatur.

4.  
z. 2. 2169.

mouere: si autem talis non est, potius gaudet, quod contemnatur: nam ini-  
mia absq; culpa viro humili, est quasi bolus sine osse, & mel absque felle  
lud amaricante. Nam, vt S. Petrus dixit, hac ratione & communicat Christi pa-  
tionibus: & idem est, atq; si fpersecutionem pateretur propter iustitiam, & ga-  
nominis Christani, qui gloriatur de contemptibus, is, quibus culpa non habet.

### CAPUT XIII.

VIRTUTEM MODESTIAE, ORNAMENTVM ESSE ac protectionem Castitatis  
multiplicem esse eius præstantiam & utilitatem; damnata quoque immodestu-

**A** Deo eminet apud homines virtus modestiae, vt (teste S. Thom) commune omnibus virtutibus nomen, ei quasi proprium ar-  
buerint: non quod ipsa omnes præcellat; sed quod earum sit in-  
cium, modumque valde incundum in rebus omnibus ponat. G-  
ius sphæra (vt idem Angelicus Doctor ait) vel alde protenditur: complectens  
enim quatuor partes valde insignes, tanquam quatuor flumina terretium  
ius paradisi, Deo & hominibus adeo placentis.

PRIMA Modestiae species est, quæ motus omnes elatos, inanes, & in-  
gantes Superbia moderatur & hæc insignis est virtus humilitatis, quam  
ite Origine Philosophi, propterea Modestiam appellari, c, quod inter  
omnibus sele metitur ac moderetur iuxta propriam paruitatem; elatos  
inflatos reprimens spiritus, quos effrenis nostra natura producit. Ac po-  
pterea etiam ipsa Scriptura sacra eodem nomine illam vocat; & vocabulum  
hebreum, illam significans, significat propriam Modestiam.

SECUNDA species est, quæ nimia sciendi desideria, ad quæ curiositas incli-  
nat, moderatur: ne a plus sapere velit, quam oporteat sapere, sed sapere ad sober-  
tem, vt dixit Apostolus. Et hæc est virtus illa, quæ vocatur studiositas, quæ  
studia sua metitur ac moderatur iuxta humanam capacitatem; nec limiter  
transgreditur naturalis luminis, & fidei, à quibus dirigitur.

TERTIA species Modestiae est, quæ externos & corporis motus mod-  
eratur ac gubernat iuxta qualitatem personæ, negotiorum, locorum; ac tem-  
porum: ita vt nihil indecens faciat, quod à recta ratione degeneret. Mod-  
estia enim & vitæ pulchritudo ( vt ait S. Ambrosius ) consistit in eo, vt cum  
personæ detur quod ei competit; & cuique negotio proprium ornamentum.  
Hæc ipsa modestia extendit se etiam ad ludos & solatia, quæ necessaria sunt  
ad conseruandam vitam, & perseverandum in serijs grauibusque virtutum  
exercitijs; exhibita in eis mediocritate ac moderatione, vt iuuare possim-  
non verò nocere fini ipsius virtutis, ad quem diriguntur.

DENIQUE quarta species Modestiae moderatur vestitum, & ornatum cor-  
poris, omnemque pompam & apparatum externum: præcindendo nimicetate,  
quæ spitat vanitate, sensualitate, curiositate, aut singularitate aliquâ: accom-

modat se autē cōmuni prudentiū cōsuetudini, & moribus, iuxta qualitatē sua  
periorū, statūs, & officiū. Eum in modum, quo S. Petrus dixit: ut mulieres  
tēperarent sibi a nimio *cultu vestimentorum*, & seruirent Deo *Spiritu* quodā  
quieto & modesto, quis est in conspectu Dei locuples. Hic enim spiritus qui p̄adictas  
quatuor partes amplectitur, animam replet ingētibus spiritualibus diuirijs:  
iuxta illud Salomonis: *c fini Modestia: umor Domini, diuitiae gloria & vita.* Qui-  
bus verbis quatuor ingentia Modestia: bona insinuavit, quae p̄cipue quidē  
in calo, sed in hoc etiā mūndo dantur. Timor Dei scil. castus, qui ēternū per-  
manet; virtutum diuitiae; gloria, & honor in conspectu Dei, Angelorū, & ho-  
minum; & vita beata pacifica, & quieta: eo modo quo paulatim iuxta nostrū  
Institutum explicabitur: ijs p̄missis, q̄ae de matrimonij statu sunt dicta.

§. I.

**M**ODESTIA in omnibus suis speciebus, nominatim autem in duabus  
virtutib; quae huīus virtutis nomen retinuerunt, est fidissima comes  
& locia Virginitatis & Castitatis, quemadmodum S. Apostolus insinuat in  
co ordine, quo refert duodecim fructus Spiritus S. tres. n. vltimos ponit a  
*Modestia, Commentia, Castitate.* Spiritus. n. sanctus, vñ iustis proferat fructus  
Cōtinentia: quae tensuāles passiones reprimit, & fructus Castitatis, quae eas-  
dem iam sibi subiectas habet, inspirat fructus Modestia: quae simul est orna-  
mentū & pulchritudo spiritualis animarum castarū propria; & protectio ac  
defensio sui ipsius contra hostiū impugnaciones. Et quemadmodū perfecta  
corporis pulchritudo ex eo oritur, q̄ omnes eius partes propriam habeant  
pulchritudinē, & proportionem cuiq; conuenientē, & cuiuscunq; illarū tur-  
pitudo siue delectus, in causa est, cur corpus ipsum non sit plenē pulchrum  
ac perfectū: ita spiritualis pulchritudo Modestia: oritur ex eo, quod oēs cor-  
poris partes & oēs sensuā actiones, & reliqui motus hominis exterioris suū  
seruent modum ac decentiā, statui suo, iuxta prudentiā regulas, conuenien-  
tem. Ita vt oculi propriam habeant modestiam, dum aperiuntur, dum clau-  
duntur, ac dum adspiciunt; lingua, dum tacet, dum loquitur, & in modo verba  
proferendi, suaq; sensa manifestādi; caput, manus, brachia, & pedes suā quoq;  
seruent modestia in omnibus corporis motibus. Eandem quoq; compositionem  
ac decentiā seruent vestibus, calceis, & reliquo ornatu, qui com-  
petit cuiq; corporis parti. Hęc est pulchritudo, de qua cælestis sponsus lau-  
dat sponsam in duobus capitibus libri Canticorū, discurrens p̄ singulas eius  
partes. Et in altero eorum ita incipit: b *quam pulchra es amica mea, quam pul-*  
*chra es! oculi mei columbarum absq; eo, quod intrinsecū latet.* In altero ita ait, c  
*quam pulchri sum gressus tui in calceamentis, filia Principis.* quasi dixerit,  
admiror, & obstupeco pulchritudinem & compositionem, quam in om-  
nibus tui corporis partibus habes, à pedibus usq; ad caput. Pedes tui, decē-

b 1. Pet. 3. 4.

c Pro. 22. 4.

Tom 2.  
Tr. 5. c. 6.I.  
Modestia  
comes virgi-  
nitatis.  
a Gal. 5. 13.b Cant. 4. 1  
c Cant. 7. 1.

ter

ter sunt cooperati, suosq; gressus quiete, gratuitet, & pulchre diriguntur; cui tanquam simplicis colubae sunt, modesti, veracunq;. Et quavis multis omnibus exterius cernatur: multo tamē plus est, q; intrinsecus latet. Quod n. exterior corporis modestia magni sit facienda: multo tñ excelsior auctoritatis est interior spiritus modestia: quæ, vt superius dicebamus, dicitur *spiritus Des loquens*; & quomodo locuples non erit, quæ secū adfert ordinem rectitudinem internarū omnium animæ facultatum, in omnibus cogitationibus, & affectibus? hoc n. non obtinetur, nisi perfecta virtutū omnium conditione. Ac propterea S. Thom. dixit, exteriorē modestiam procedere estioris hominis bona cōstitutione; & cōpositione; nec sine ea posse cōseruari.

Modestia recte est sicut sanitas, q; p; prouenit ex recto ordine & proportione humorū. Nam, quando illi bene sunt cōpositi, salus est perfectio indicia prodeunt ad ipsam faciē; & ex omnibus corporis affectionibus cognoscitur; si aut illi perturbentur, vel solus unus nō seruet suā propria nē: ille sufficit, vt sanitas deficiat. Cuius etiā externa indicia id produntur quando omnes anima passiones bene sunt mortificatae, & virtus præsentia cōtinetur: sicut apparat ac prælucet exterior modestia tangit fructus: sed statim atq; interior illa cōpositio perturbatur: apparet quoq; ei signa exteriorū. Ac ppterēa dixit Eccl. e ex visu cognoscitur vir, & occursu facies cognoscitur sensuum, *animi corporis*, & risus dentium, & ingressum nostrum ensuicant de illo. Nam si hæc omnia externa ordinem & rectitudinem suam in omni loco, occasione, & tempore tenent: optimæ sunt signa, quod interiora bene sint ordinata & cōposita: si autem hæc ipsa externa turbantur, non recte incedunt, indicium etiam sunt interioris animi perturbationem f; qualis est arbor tales produci fructu, & ex illis illa cognoscitur.

SED vlt̄rius adhuc excellens hæc virtus progreditur: nā nō solum est in virtutum operum fructus; sed simul est eorundē custos, & protectrix; nominis verò castitatis: quā instar thoracis cuiuidā fœdere, fortis, pulchri, valde splēdantis, ex omni parte protegit, ne hostium iactus, & globi eam deiciantur. Illa pactum exequitur & gaudiu, quod pepigit Iustus cum oculis suis, ut ne fugiat quidē de virginē; h; sepius spinis aures suas, ostendēs, se pungi, cū audit se pia verba; ori adhibet frenum, ne similia colligantur, quia excantur; & lingua flos quoddam adhibet pōdus, vt quidquid loqueretur, bene prius perpendatur, pōderetur; cōpedes adhibet pedibus, ne in pratīs gressibus labatur; manus manibus injicit, ne ad prauos tactus extendantur. Deniq; ita exteriorē minem moderatur, & fortificat: vt interiori non adferat occasionem effundendi, & inficiendi; & ita vestitum, & corporis ornatum componeat sua nimietate, aut curiositate, neque gestanti, neque aspicienti detrimentum adferat. Quare Modestia est quiddam, pulchritudinis correctione.

d 1 Pet. 3, 4.

2 Cor. 1, 168.  
a. 1. ad 3.Modestia  
est quasi mo-  
deratio hu-  
morum.

c Eccl. 19, 26.

Ephes. 7, 17.  
Modestia  
bonorum &  
perum cu-  
riosos.  
g Iob. 31, 1.

h Eccl. 18, 18.

Modestia  
est correc-  
tum pulch-  
ritudinis.

soletque Deus utramque in suis iponsis coniungere: non solum ut illæ non impingant; sed etiam, ne aliquabatur, aut illas interturbate audeant. Nam si pulchritudo permouet cor eam aspicientis: tara persona pulchræ Modestia illud cohibet ac reprimit: ne dicere audeat, aut facere aliquid, quod offendat eam: quæ puritatem, & Modestiam præ se fert. Vtrumque fuit in Sacratissima Virgine Domina nostra cum singulati eminentia. nam (ut S. Thomas & alij Doctores asserunt) cum esset pulcherrima ad eam tam rara eius Modestia & compositio fuit: ut ex ipso eius aspectu homines permouerentur, & afficerentur ad Castitatem; & si quas alias habebant tentationes, ipso eius aspectu conquiescebant & componebantur: quemadmodum S. Ambrosius p[ro]p[ter]e perpendit, dicens: tanta erat eius gratia, ut non solum in se Virginitatem feruaret, sed etiam si quos viseret, integritatis insigne conficeret. Et ita existimo illam facere consueuisse, quoties cum suo sposo sole, hoc agebat; cuius castitas crescebat magis, & profundius in eo radicabatur: cum illam aut aspiceret, aut alloqueretur. Earum excellētiam cum majori auctoritate habuit Christus D.N. qui, cum admirabilis esset pulchritudinis, ad eam tam erat singularis & praecellens eius modestia, & splendor sanctitatis, ac diuinitatis, qui diuinam eius faciem suffundebat, ut à nemine vnguam inordinatè cōcupisceretur, sed honestatem potius infunderet omnibus, ipsum aspicientibus. Quamuis autem modestia virtus per se ipsam solam non sufficiat, (ut ait idem S. Thomas) ad rem adeo insignem & excellētem præstandam absq[ue] alio speciali dono ipsam comitante; non tamen ipsa parum ad id cōducit. Ac propterea digna est quæ magno studio procuretur.

## §. I.

**E**X DVB his Modestia excellentijs, quibus ad eum ornatum & consecrationem Castitatis iuvat ac promovet, sequuntur aliae non minoris momenti, & ad perfectionem nostram, & bonum proximorum.

NAM in primis, Modestia magnam ad fert authoritatem & opinionem ei, qui illa preditus est: & propter eam diligitur, & in honore omniū est, ac veneratio[n]e, & quod indicium sit egregiarum ipsius virtutum. Iuxta illud quod S. Iob de se ipso dixit: si quando ridebam ad eos, non credebat: Et lux vultus mei non cadebat in terram, voluit Eni significare: se in tanta veneratione fuisse apud omnes, ob Modestiam & grauitatem suam; ut etiam si quando corā eis rideret, non tamen aliquid de reverentia, & veneratione diminuerent; nec id levitati alicui, sed potius prudentiæ & grauitati tribuerent; aut occulto alicui mysterio, quod ipse non assequerentur. Quod vero dicit: lux vultus mei non cadebat in terram, propterea addidit: quod nihil ipse vnguam faceret, propter quod non posset absq[ue] verecundia oculos suos in cælū eleuare; aut modestie eos aspicere, quibus cū agebat. Lux vultus sui appellat ipsam vultus

Tertii.

T

modestia

Modestia  
fuit in B.V.  
singularis,  
In 3. D 9. t.  
4. 1. q. 1. ad. 4.  
Vide Suarez  
in 5. P. T. 6.  
1. Disp. 2.  
seccio 2. Li.  
de Institu.  
Virgi c. 7.  
M. de stia  
in Christo  
maxima  
fuit.

supradicta

## I.

Modestia  
authorita-  
tem ad fert  
homini.  
a Job. - 9. 24

Lux vultus  
est mode-  
stia grauis

b. 2. Mach.  
15. 12.  
c cap. 4. 37.

2.  
Modestia  
Ecclesiam  
adificat.

Lib. 2. de  
Virgin.  
Virgines  
singulariter  
habeant  
modestiam

In eius vita  
Lib. 2. c. 1.  
circum finem.

Modestia  
omnes mi-  
tantur.

modestia latra, & granata: quae in omni loco, & tempore, & in omnibus negotijs, & occupationibus ita splendebat, ut nihil vix quā saceret, quod lucē illa obscuraret, aut turbaret; aut aliquo pudore vultū ipsū contegeret, quasi ipsius persona indigna. Talis fuit summi Sacerdotis Onias modestia: quæ dicitur Scriptura b. verecundū vijū, modestū moribus, & eloquio decorū appellat. Quis re ad eō omnibus erat charus, vt in eius morte etiā ipse c. Rex Antiochus in tristatus fuerit, & lachrymas fuderit, recordatus defuncti sobrietatis & modestie.

Hinc oritur, quod Modestia plurimum edificet Ecclesiam, suauemque afflet odorem per totā Ciuitatē & familiā. Estq; quasi mutus concionator: (vt S Petrus dixit) sine verbo sanctitatem eā habentis manifestat; & promovet fidei, ac veræ religionis eam docētis, opinionem & estimationem; fundit dæmones; peccatores conuertit; Iustis spiritum & animum addit; mnesque impellit ad virtutem diligendam; Deumque à quo illa processu glorificandum. Nam quemadmodum Reges & Principes egregia Deum templū aut palatia ad suam habitationem edificantes, valde delectantur quod eorum frontispicia sumptuosa valde sint, & spectabilia, vt spectatores rapiant in admirationem & ad interiora lustranda alliciant & inuitent. (inquit S Ambrosius loquens de sanctissimis Virginis D. nostræ modestiis) Virgines, & animæ castæ ac sanctæ, quæ templū sunt viua spiritus sancti, habitationes ac palatia in quibus habitat ipse Deus, habere debent splendida quidē ac præclaras frontispicia cum diuina quadam modestia & gracie, quæ mundum totum rapiat in admirationem; si que testimonium interestimabilium diuitiarum, quæ interius reconditæ manent. Ac propter ecclesiasticarum Religionum Fundatores maxima cura studuerunt ditissimum hanc modi frontispicium collocare in viuis domibus, quas erigebant; congregationibus scilicet suorū Religiosorum ac Religiorum, ut seculares conspicientes edificantur & admirarentur: coniuentes ex ipso frontispicio interni edificij amplitudinem, & ita allicerentur, & afficerentur ad ingrediendum, & possidendum præclarum adeo edificium. Admirabile fuit hoc genere exemplum S. Bernardi ac primorum eius Monachorū in Chiaravalle, quod ingressus fuit Summus Pontifex Innocentius II cum multis Cardinals, Episcopis, & alijs Galliarum Magistris. Et cum Monachi (quippe sexcentis erant) obuiam Pontifici exirent, summam omnes grauitatem modestiam & externam compositionem ostenderunt, oculis omnium homo defixi, nec vagabunda curiositate circumducti, sed complicitis palpebris, ipsi quidem nemine nisi viderent, ab omnibus tamen viderentur, sponte abstinentes ab externe illius pompa aspectu, quam seculares homines, qui si fascinati, libentissime aspiciunt. Cum que Pontifex ceterique Princeps tale spectaculum Religiosorū viderent, admirati, ac edificati, non poterant laudes continere: videntes quantum intercesserat inter modestiam religio-

& ea quæ mūdus magni facit. Eandē viā tenuerūt S. Dominicus, S. Frāciscus, & Pater noster S. Ignatius, p̄mīq; harū Religionū Professores: qui oēs adēd fuerunt Modestia studiosi, vt si in illis q̄utijs hūile quid occurrit, quod in Clara-valle. eandē p̄fetulissent modestiā. Nec p̄fetem itā hic insinuare, quanti Pater noster S. Ignatius virtutē hanc fecerit; s̄quidem speciales de ea regulas instituit, summaq; diligentia earū promulgationē cōm̄ dauit: ipseq; Dominus noster (vt in eius vita refertur) indicia dedit, quod sibi in eis complaceret. Et inter alias causas, cur nō p̄fcriberet propriū aliquē habitū suis Religiosis, vna fuit: vt hac ratione obstringeret illos ac impelleret, vt rata sua Modestia, & Religiosa grauitas illis esset instar Habitū, quo dignoscerentur, & stimarentur, ac discernerentur à reliquis Sacerdotibus & s̄ecularibus.

Hinc terria oritur veræ Modestia p̄fstantia: qua Christianus, Religiosus, & Virgo ambulant in veritate, iuxta id quod professio & status proprius exigit. Nam (vt S. Thomas inquit) ad veritatem spectat, corporis motus diligere; talem se exteriū exhibendo, qualis reuera intus est; & exteriora lūa cum eo, quod interior professio requirit, conformando: iuxta regulam S. Angustini, qua habet: In omnibus motibus vestris nihil sit, quod cuiusquam offendat aspectum; sed quod vestram deceat sanctitatem. Nam quemadmodū Principes & Magnates grauitatem & Modestiam seruant ad suam dignitatem pertinente: ita decet filios Dei, & magna perfectionis cultores Modestiam illam custodire, quam eorum dignitas exigit. Et vt S. Bernardus dicit: professionis propriæ memoria quasi Pædagogus & excitor esse debet, qui eius moderationis eos moneat, quā in omnib⁹ suis reb⁹ seruare debeat.

Hic accedit, quod Modestia etiam reddit hominē aptiorem ad agendum cum Deo, & ad familiaritatem illam arctam, quam cum animabus, t̄ponit tuis habere solet; quemadmodum Apostolus insinuavit, cūm postquam dixisset: *dmodestia vestra nota sit omnibus hominibus*, adiecit: *petitiones nostras innotescere apud Deum*. Modestia enim multum confert ad cordis tranquillitatem, qua possit rerum æternarum meditationi melius attendere; & sapientia item, que defensum est, (vt ait S. Iacobus) *primū quidem pudica, deinde pacifica & modesta est; habitatq; f̄ in spiritu quieto & modesto, qui est in conspectu Dei locuples*: quem ad suam præsentiam admittit, valde delectatur Deus. Et quemadmodum templum bene purgatum & exornatum, inuitat homines ad libenter in eo manendum, & pietatis opera exercenda; ita spiritus quietus & modestus excitat se ad orationem: & ipse Dominus libenter ac diu cum ipso conuersatur. Et cum huiusmodi amicitiam contrahere tu aliquo vult, talē prius Modestię modū ei inspirat. Ad cuius confirmationē refert S. Greg. de quadā Virgine nomine Mula: cui per visionē sancta Dei genetrix Virgo Maria apparet et multis puellis eius coœvis, cui Musæ optant, se reliquis coniungere,

Fundato-  
tes religio-  
num mo-  
destie stu-  
diosissimi.

## 3.

<sup>1.2.9. 168. 4.</sup>  
<sup>1. ad 3. 4.</sup>  
Reg. 3.  
In omni  
motu nihil  
sit offendēs  
oculos  
proximi

4.  
Modestia  
ap̄t̄ facit  
hominem  
ad agendū  
cum Deo.  
d Phil. 4. 5.  
c Iacobi. 3.  
17.

f1. Petr. 3:4.  
Spiritus  
quietus  
se excitat  
ad oratio-  
nem.  
Lib. 4. Dial.  
c. 17.

" dixit ipsa Virgo sanctissima; ut nihil ultra leue & pretullare ageret, & a misericordia iocis abstineret, sciens quod inter easdem Virgines quas viderat ad obsequium die trigesimo veniret. Quibus visis in cunctis suis moribundis puella mutata est, ut omnem leuitatem puellaris vitae magnam grauitatem degeneret: omnibus, qui eam videbant, stupentibus. Reuelatio vero, quam habuit de sua morte, ita ad punctum exequitioni est demandata, quemadmodum ipsa consilium sequuta est, quod acceperat.

*s.  
f. 1ob. 28. 25.  
Modestia  
Donū Dei  
Lib. 9. Mo-  
ral. 6. 4.  
Modestia  
Dei timori  
iungi debet.  
g Pro. 12. 4.  
h P̄bil. 4. 5.*

*Ex Casi-  
no Collat.  
12. f. 8.*

*l.  
Immode-  
stia oritur  
ex virtus  
grauiſſimis*

*Deformat  
nominem  
immode-  
stia.  
a Lth. 15. 45*

DENIQUE haec Modestia, donum est Domini nostri, de quo dicitur apodictum: *quod fecerit venit pondus*; Hominibus enim ex se vagis, & in constantia pondus adhibet & grauitatem Modestia, ut ea decentia & tranquillitas ueantrur, quā decet; aut (ut S. Gregorius interpretatur) viris contemplati pondus tribuit, & grauitatem spiritus; ut carnis leuitatem & mutabiliter reprimant. Hoc autem pondus & Modestia, ut vera sit ac solida immobilitas reuerenti Dei timori, cuius meminit Sapiens, cum dixit: *g. finis Modestia timor Domini*, & actuali premotoriae Dei presentie & assistentiae in omni & tempore cuius meminit S. Apostolus, cum dixit: *h. modestia vestra omibus hominibus: Domus enim prope est*, quasi moneret, quāmis Modestia debet esse publica: intentio tamē esse deberet occulta. Modestia vestra omnibus hominibus deberet esse conspicua: sed non propterea, ut illis; sed vobis placeatis: qui magis prope est, quam illi. Quod si presentia Regum alicipum famulos ac lubditos reddit modestos: quantō est magis ratione sentaneum ut Creatoris presentia modestas & compositas reddat creatura. Tuncenim modestia erit continua, & perseverans, publicē, & occulte, & alijs, & seorsim ab illis; in rebus magnis, & paruis: nihil enim quod non ceat, fieri debet coram Deo, cui infinita debetur reuerentia.

### § III.

#### *Immodestia detrimentum.*

PREDICTAE Excellentiae Modestiae adhuc melius intelligentur, si dare referamus Immodestiam, quā ei aduersatur: hæc n. est deformitas quam & morbus, aut exterior hominis dissolutio, quā ex arrogitudine, ac deordinatione Passionum interiori oritur: nominatim autem superbia, & vanitate; aut ira, & impatientia; aut curiositas, & letitiae animi; aut à nimis insualitate, sive excessu in gaudio, aut tristitia. Omnes enim passiones, qualitate facta, conantur Modestiam destruere, edentes externa signa inordinationis & perturbationis, quā ipsæ habent. Eū in modū quo lepra est motu exteriorē carnis partē deturpans varijs maculis, & ulceribus, ex corruptis latente humore prouidentibus: ita Immodestia est vitium deturpans, ac deformans corpus, sed quod talis sit spiritus, qui latet. Et quemadmodum olim iubebat Deus, a ut quicunque maculatus esset leprosus: ut

menta diffusa, caput nudus: ut omnes possent lepram videre, & os ueste contum; ne corrupto suo habitu ilios inficeret, & propter eandem caulam, omni tempore quo leprosus esset, solus habitaret extra castra: ita igitur Immodestia, vestimenta anima Iustæ, hoc est Modestiam, habent diffusa, & inordinata, permittente Deo, huiusmodi indicia, ut ex eis interior lepra dignoscatur, quæ talis anima est infecta. Eum etiam in modum quo Salomon de homine Apostata, qui à servitio diuino recedit, dixit: *b homo Apostata vir inutilis, gradior per puerum, annuis oculis serit pede digito loquitur, prauo corde machinatur malum.* & omni tempore iurgia seminar: & ex huiusmodi signis, talis esse dignoscitur. Quemadmodum evenit Iuliano Apostata: de quo scribitur, quod cū Athenis studeret, adeò esset leuis, in omnibus & corporis motibus immodestus, vt videns eum Gregorius Nazianzenus, dixerit. O quam horrendum monstrum sibi ipsi nutrit Respublica Romana!

*Q*uam obrem homines immodesti meritò deberent tanquam leprosi separati Congregationibus Religiosorum, & Societate Iustorum: ne illos perturbarent, aut malorum exemplorum factore inficerent. Ita S. Ambrosius se habuit ergo quendam clericum, qui ipsum alias domo exuentem comitari solebat: *Qui, caro adeo erat immodestus, vt inordinato suo incedendi modo: tanquam flagello quodam, meos oculos verberaret: ac propterea eū ex meo comitatu dimisi.* Propter eandem causam noluit alterum ad sacros ordines admittere etiam magnā instantiā id petentem. Et de vitroque dicit, infelicem exitum habuisse.

Nam turpe illud, & quasi ex sum frontispicium satis magnum erat indicium perturbationis internæ domus eius animæ; & quod non multū à rui na bebet interius illud ædificiū. Ex quo efficitur, vt quod altiorem aut perfectionē statum homo habet, & profitetur: ed sit immodestia perniciönsior. Si ceteram in ueste pretiosiori macula maiorem adferunt fecitatem; & vt S. Hieronymus ait: *nugae & ioci in ore laecularium, sunt tantum nugae: at in ore Sacerdotum sunt quasi sacrilegia & blasphemiae:* ed quod celstati & puritati status eorum plurimum aduersentur. Ita dicere liceret Immodestias in laicis & laecularibus omnibus tales centeri: at in religiosis & Ecclesiasticis esse quasi sacrilegia: quatenus sarcofagum, quā statu suo profertur, deturpant, & iniuriā afficiunt. Ac proinde cedunt etiam in totius Communitatis detrimentum: cuius opinionē suis Immodestis valde apud alios imminent; animumque & affectum alijs auferunt ingrediendi in dominum illius Religionis, quæ aditum & frontispicium adeo incompositum & turpe habet.

*P*RÆTEREA sua Immodestia hostibus aditum præbent, ad Castitatem & reliquas virtutes deprædandas: ipsa enim illos incitat ac permonet ad hanc detrimenti occasiones querendas: quemadmodum immodesta illa

Immodestia  
habent af  
fectus in  
ordinatos.  
*b Prou. 6. 1.*

Julianus a  
postata im  
modestus  
fuit.

*In uelliua z  
in Julianu.*

*2.*  
Immodestia  
iustis se  
parandi  
sunt.  
*Lib. 1. Offic.  
c. 117.*

*3.*  
Immode  
stia externa  
perturba  
tionis in  
ternæ sig  
num.  
*In Epita  
phio ad Eu  
stochii Vir  
ginem.*  
Nugae ino  
re laecodo  
ris sunt  
quasi bla  
phemiae.

*4.*  
Immodestia  
præbent  
aditum ho  
stibus vit  
tum.

c Prou. v. ii.

mulier, de qua Salomon ait, quod esset c<sup>um</sup> garrula & yaga, quietis impatiens, valens in domo confidere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc in via angustiis, suarumque voluptatum occasionem & elcam querens. Et quoniam Dæmon non dormit, statim illis occasione immitrit, & obrutus portas adeo patentes.

5.  
Immodestia hominem facit inhabilem ad orationem.

d 4. Reg. 5.  
io.  
Pœnitentia pro immodeſtia ſucepta.

6.  
In vīsiu Pa-  
trum.

Lib. 3. Dial.  
614.

ACCEDIT, quod immodeſtia, inhabilem reddit hominem ad orationem & Exercitia spiritualia: quia negat Dominus noster deuotionis fructum: ritui, per tot riuos, & partes diffluentia. Quod si Propheta d<sup>e</sup> Elijē nō exire, vt videret & alloqueretur Nahaman leprosum, priuquam Septuaginta in Iordane & a lepra mundaretur, & tunc locutus est, & valde familiariter cum eo egit: quid mirum, quod D<sup>e</sup> omnis noster nolit faciem suam uadū ostendere, nec familiariter cū immodeſtis hisce leprosis agere, donec per pœnitentiam & mortificationem lauent, omnemque suam lepram tricent? & ob eam causam Sancti severè in se ipsis puniebant quoniam immodeſtiā, ob quam tanto bono priuarentur. De quodam sancto nomine Eusebio refert Thodoreus, quod ambulans per campum legens Euangeliū, leuauit oculos, vt aspiceret quosdam rusticos suis bobus arantes agros in cuius immodeſtia pœnam circulum ferreum collo suo apposuerit, ita reaque catena alligauerit alteri, quem gestabat ad cingulum: ita vt cogatur temper caput inclinatum portare, puniens dura adeo hac pœnitentia quadraginta annorum Immodeſtiā viuis diei. Et S. Catharina Senensis per multos dies fleuit amare Immodeſtiā, in Oratione admissam, vertit caput, vt fratrem suum videret.

SED ne quis in temeraria iudicia dilabatur, aut propter apparentes quas immodeſtias aliquem cōtemnat, operæ-precium est aduertere aliquas deprehensiones esse in viris aliquibus valde sanctis, varijs de causis. Aliqua ex inaduertentiis, sicut legitur de magno illo Arsenio, in quo summa modestia & grauitas elucebat: & nihilominus ex inaduertētia coram toto illo uento femur yñū super alterū collocabat, nō sine offēſione reliquorū Regiosorū: donec die quodā Abbas magna dexteritate & prudētiā iussit quenam Monachū eodē modo se collocare corā ipso Arsenio: quē ipse Abbot monuit immodeſtiā illius: & tunc Arsenius propriam suā primo aduertit & in posterū emendavit. Aliquando prouenit etiam ex aliqua naturali pōfione corpus inordinate permouente, ita vt reprimi non possit. Sicut S. Gregorius refert de quodam sancto, qui vocabatur Isaac, qui cū inculpabilitate ac prodigiōse vita, nō poterat aliquando immodeſti risus impetuoso effusam lētitiam cohibere: sicut etiam alij non possunt linguam continent, vt cum ea quiete, & tarditate, qua oportet, loquuntur: permittente Dec. D. N. hanc in rebus paruis debilitatem, ne in maioribus arroganter euangelia

Interdum

interdum etiam fecerunt aliqua sancti, quæ immodesta videbantur, ut hac ratione se coram hominibus humiliarent, & honore fugerent, quem illis offere volebant; aut ob alios fines gloriae Dei, speciali instinctu id eis inspiravit, & apparuit ex Historijs Simeonis Sale, S. Francisci, & aliorum Sanctorum; & Iesu Propheta iubente Deo, dambulans nudus & discalceatus, & l'auid, ut mortem euaderet, quam timebat, fecit coram Rege Achis aliquot motus & indicia immodesta, & effuebat saline eius in barba, & saliebat in Aula & impingebat in os sua porre, quasi insanus, aut stultus. Ad huiusmodi tamen casus opus est prudentia plus quam humana, & motione diuina; sine qua non est scandendum, quod in le indecens est & malum, etiam si in finem bonum dirigatur.

## CAPUT XIV.

TEMPERANTIAM ET ABSTINENTIAM CONFERRE  
ad castitatem Castitatis, & viatoriam de luxuria reportandam.

TEMPERANTIA, quæ inordinatum voluptatum gustatus appetitum moderatur, & alio nomine Abstinencia dicitur, (quatenus ab ijs cibis & potibus abstinet, quæ huiusmodi voluptatum sunt materia) hoste habet vitium gulæ & ebriezis matrem, scilicet Luxuriaz, quod insinuat Ecclesiasticus dicens: a duo genera abundantia peccati, & tertium adducit iram & perditionem. Anima calida quasi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid glutiat: & homo nequam in ore carnis sue non desinet, donec incendat ignem. Hominifornicatio omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens usque ad finem &c. quibus verbis monet, hominem deditum gulæ, quam vocat os carnis, non sistere, donec luxuria ignem accendat; & comedentem ac bibentem nimium cibos & viandecora ed deuenire, ut fornicationis & adulterij panem dulcem, & iucundum sibi reperire, & vt in hæc virtutia, tanquam effrenis precipitetur. Sed quoniam de hoc punto fusi actum est in secundo tomo: solùm hic adferimus, que ad nostrum pertinent institutum; supponentes eos, qui velint compotes euadere castitatis, & præclarorum aliorum Christianæ vita faciitorum, debere sele munire virtute abstinentia; carnique subtrahere omnē excessum in cibo & potu, qui esse potest esca luxuriaz, & aliorum vitiorum; neque esse contentos, quod illicitis & prohibitis abstineant (illis enim vti est intemperantia); sed interdu etiā delicatis & preciosis, quāuis eis vti licet ut haec ratione subiectū magis ac obtéperante habeat hoste domesticū carnē licet; & vt castitatis thesaurum tutius conseruent; maioresq; vires à Deo obtineant, quibus graues pugnas vincant, & gloriosos triūphos reportent.

Eum in modum, quo Daniel cum socijs suis initium dederunt clatissimis victorijs b proponentes firmiter in corde suo, ne polluerentur de mensa Regis, neque de vino potu eius: sed contenti essent leguminibus ad veleendum, & aqua adhibendum. Quod præclarè S. Basilius expendit his verbis: Daniel

d Isai 10. 3.  
c 1. Reg. 21.  
i 3.

Ex S. Tho. 2.  
2. q. 146. C.  
149. a. 1.  
ad 1. 1.

a Eccl 28. 21

Gulosus fit  
Luxurio-  
sus.  
Tract. 2. c. 7  
Studio si  
castitatis  
debent se-  
munire ab  
stinentia.  
Interdum  
a licetis ab-  
stinendum.

b Dan. 1. 2.

quod